

1158 Trek¹ ceperat, me cū familiā meorū contubernaliū⁴⁵
 confecto, et sic illam noctem, sicut statū illius tem-
 poris se offerebat, exegi. Crastina autem die, in festo
 Jul. 25 videlicet sancti Jacobi, cū supradicta familia sal-
 vis omnibus rebus ~~nostis~~ nostris existentibus per
 pontem domni imperatoris secū flūmen transivi-
 mūs et sic ad stationes domini nostri regis et dom-
 ni episcopi venimūs, ibi multos naufragio et
 Mladotkam, scitarū episcopi nostri, de stationibus
 interisse reperimūs. Imperator vero predicto flūmine su-
 perato Trek castrū Mediolanense valde forte obsidet, quod
 infra paucos dies cepit et ad custodiendū illud ibi
 forti posita militia diū inceptū iter progreditur.

Jul. 31 Venit ad Laudam civitatem quondam valde nobilem,
 quam Pompeius, sicut ab incolis civitatis illius audivimus,
 struxerat, locans in ea pyratas, quos navali bello vicerat,
 eam a Lauda, principe illorū pyratarū, Laudam vocans.
 Laudenses itaque magis domno imperatori et principibus
 eius miseras suas manifestare volentes, ut in medio civi-
 tatis deserte imperatoris et suorū principū figantur
 sentoria, exorant. Mediolanenses etenim tam Laudam quam
 Cūmas, regales civitates, funditus destruxerant et incolas

1) Trezzo nördl. von Cassano.